

PROLEGOMENA.

πραῦτα, πᾶσι δ' ἔργα διχομασίου.
πᾶσι δ' ἀρχαίης ἐστὶ χόλος, ἐστὶ δ' αὖτ'
πᾶντα κατ' ἀνθρώπων ἄρτια ἢ πινυτά.

Manus facta, compefitq; opera seditionis.
Reprimit etiam acerbae litis bilem: eiq; subest
Omnis hominum & integritas & prudentia.

Quae lecta quomodo, quae so, vos afficient? Ego sane cotendo, nihil elegantius in vestris voluminibus reperiri. Sed de hac Iustitia passim in alijs virtutibus dictum est, cum haec sit omnium reliquarum norma, & quodammodo mater. Eius encomia videte in Orphei hymnis: unde facile intelligetis, quanti faciant Poetae nostri Iustitiam, utpote quam laudibus efferentes doceat, quo etiam in pretio a mortalibus habenda sit. Sed audite, quod de illa Hesiodus magnifice praedicet:

ἡ δὲ τι παρθένῳ ἐστὶ δίκη Διὸς ἐκχρησάνα
κινδύνῳ ἀδούγητι θεοῖσι, οἱ δ' ἄνθρωποι ἕχουσι,
ἢ δ' ὀπίσσω τις ἢ βλάπῃ σκοπιῶς ἀνοτάσσω
αὐτίκα πᾶρ Διὶ πατρὶ καθύπερθε Κρονίωνι
γνήντ' ἀνθρώπων ἀδικον νόμον, ὅφρ' ἄρτιος
δύμῳ ἀτασθαλίαι βασιλῶν, οἱ δὲ γὰρ νομιῶντις
ἄλλη παρκλήρουσι δίκαις σκοπιῶς ἐνέποντις.

Virgo est iustitia Ioue prognata,
Casta & veneranda Dijs caelicolis,
Et quando quis ipsam laeserit, oblique iniuriam inferent,
Statim apud Iouem patrem Saturnium sedent
Narrat iniustam hominum mentem, donec luat
Populus peccata Regum, qui male sentientes
Aliud deflectunt, iura oblique interpretantes.

Rogo vos per Numen Iustitiae, ut haec attentè consideretis. Videte, an opera in huiusmodi Poetae euoluendis iudicatur, qui nobis tantum vitae humanae columen tam studiosè commendat. Quo enim argumento ad eam amplectendam vehementius incitari possumus, quam cum intelligimus, eam Numini assidere: unde piaculum & nefandum scelus sit, in eam villo modo delinquere? Sic Clemens Alexandrinus docet, Pindarum rectè de ea sensisse, quod οὐτῆρα Δία σωσι ποιῶντα θέμιδι seruatoreμ Ιουεμ vna cum Themide habitantem inducit, quasi Regem seruatoreμ iustum hoc modo interpretetur. Eam hominibus a Deo datam pie monet Hesiodus, his verbis Perseum suum affatus:

ὦ Πέρση, εὐὶ ἢ ταῦτα μὲν ἀφροῖ βέλτιο σῆσι,
Καί νυ δίκης ἰπάκας, βίης δ' ἰπιλάθο πάμπαν,
τόρ δὲ γὰρ ἀνθρώποισι νόμον δίκταξί Κρονίων
Ἰχθῦσι γὰρ, καὶ θηροῖσι, καὶ οἰωνοῖσι περὶ πάντας
Ἰθάρι ἀμύλητος, ἐπὶ δὲ δίκη ἐστὶν ἰσὶ αὐτοῖσι.
ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἢ πομπῶν ἀείειν Γένετα.

O Persa, caterum tu haec animo iuo repones,
Et Iustitiae quidem animum adhaere, violentiae vero obliuiscere.
Namque hanc hominibus legem disposuit Saturnius
Piscibus quidem, & feris, & aibus volucris,
Se mutuo ut deuorent, quandoquidem Iustitia carent.
Hominibus autem dedit Iustitiam, quae multo optima est.

Videte, unde nos sanctissimum Iustitiae fontem cum Poetae deducamus: quod si vos idem praestatis, non tamen nostrum damnandum est studium, siquidem cum vestro consentiat. Quid ergo de nobis hac in parte conquerimini? Dicebamus non ita pridem, Virtutis doctrinam verborum paucitate contentam: Id verò maximè in Iustitia obtinet, quod etiam primi vestri legislatores (Romanos intelligo) optimè obseruabant, sed crescente turbulentorum hominum & contentiosorum multitudine, breuitas illa maiorum in tantam loquacitatem euasit, ut haecenus finis nullus vestris apicibus, ut vocatis, & forensibus tricis factus sit: extincta nimirum aequi bonique ratione a qua etiam ciuiles vestri nodi & subtilitates desciscere ut plurimum non verentur. At Poetae nostri amabilem illum Laconismum etiam in Iustitiae, perinde atque in aliarum virtutum praecipis haecenus retinuerunt. Hinc concisè illae, primum Menandri:

τὸ μὲν δὲ δίκην πᾶσι ἀνθρώποις πρόστα.

Nemini iniuriam facere omnes homines decet.

Hinc vos, aut ex alio simili loco, quales plurimi ex Poetae proferri possunt, illas positiones, Ius suum cuique tribuere, alterumque non ledere, desumpsistis?

Quid illud in Monostichis? nonne pium existimatis?

δίκαια δρᾶσαι συμμάχῃ τῶν θεῶν.

Si iusta feceris, opem feret Deus.

Transimus etiam in Forum, & illi leges suas praescribimus, puta Iudici occinit Sophocles,

ἴσ' ἀντάκουσον, κἄντα κέρη', αὐτὸς μάθαρ.

Vicisim audi, & demde re cognita, iudica.

Paria Euripides:

τίς ἄρ' δίκην κείνοισιν, ἢ γνώη λόγον
πρὶν ἄρ' παρ' ἀμφοῖν μύθοσιν ἰμάθη σαφῆ;

Quis sententiam ferret, aut cognosceret causam,
Antequam ab ambobus sermonem didicerit perspicuum?

In hoc est tota iudiciorum ratio, ut aequalis disceptatoribus audientia praebatur. Hoc cum fieri iubeant Poetae, an non vobis etiam digni videntur, qui a vestris cancellis forensibus non explodantur? Tantam autem huius Iustitiae vim esse intelligunt Poetae nostri, ut sine vlla προσωποληψία eam administrari velint. Hinc illud Euripidis:

νικᾷ δ' ὁ μᾶλλον τὸν μίζαν δίκαι' ἔχων.

Vincit minor maiorem cum iustitia.

Et hoc idem Sophoclis simile:

τοῖσι τοῖ δίκαιοις χῶ βραχύτε νικᾷ μίζαν.

In causa iusta etiam breuis vincit magnum.

Ergo iam respectu personarum, quibus ius administrari debet, quomodo id faciendum sit, ex Poetae optimè cognoscimus, etiam vestra illa legum farragine destituti. Docent insuper Poetae, praecipitatum sententiam iudicis parum aequitatis plerumque continere. Plerumque dixi, quia hoc de grauioribus negotijs intelligo, in quibus celeritas iudicandi est periculosissima. Rectè ergo Euripides:

ὅτι τὸ ταχὺ πῶ δίκην ἔχῃ

Nequaquam celeritas iustitiam habet.

(Stobaeum:

An non haec vox iudicibus vestris apprimè videtur consentanea? Volunt etiam iuste omnia iudicari. Hinc ille apud Iudicare velis iusti respectu, non vtilis.

Quam bene ijdem iudices hanc vocem Theognidis vsurpabunt?

χῆ μὲν παρὰ εἰθιμίῳ, ἢ γνῶμιον πῶ δὲ δικάσῃ
δίκην, ἴσον τ' ἀμφοτέρωσι δόμῳ

Oportet me ad amussim & secundum rectam rationem hanc iudicare
Causam, aequumque utriusque tribuere.

Sic quoque illam Hesiodi:

— ἀγνεύομθα νῦν

— Discernamus litem

ἰθάσι δίκαις, αἷτ' ἰκ Διὸς αἰσιν ἀείνω.

Rectis iudicij, quae ex Ioue sunt optima.

Quae tandè iudicia intelligit Hesiodus? Ego scio, illum Romana iura non nosse: scio etià, illis temporibus talia nullo exitisse: neque vlla est gens, cui illa verboritas Romana placuerit. Hoc ego itaque cotendo, eos qui vel sola virtutum doctrina Poetica apprimè imbuti fuerint, hoc munere defungi posse. Dixi παραδόξον, sed quòd rationibus & argumentis suis non careat, ut nos aliàs docturos maiore cum otio spero. Illud verò vestrum planè absurdum, aliunde quam a vestris libris doctrinam istam comparari non posse. Nam antequàm illi essent, unde petebatur? At hodie quidem propter inueteratum vsu & vulgare, alio modo viui non potest. Nimirum hoc est perniciosum συμβεβηκός, ut vocant: nã per se longè aliter res se habet. Excandescite, furite, insanite. Ego vestra non contemno, imò etià amantissimè amplector: sed cum vos nostra immeritò respicitis, id demum grauisimè fero, & insanam illam in vestris libidinibus caecumque a-